



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

IV. Monachi non debent auctoritate propria mortuos in coemeterio suo sepelire.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

CAP. IV.

*Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo.*

Monachi corpora hominum tam viuorum, quam mortuorum, ad ecclesiam suam deferre non audeant, sine consensu & petitione eius ecclesiae, quae ei dum viueret, consuluit, & consulendo viaticum suum administravit. Quod si ficerint, veluti inuasores sanctae ecclesiae sub districta anathematis interpositione, quo usque satisfaciant ecclesiae, fieri præcipimus, omni remota fraternitatis occasione. Similis modo vnaquaque ecclesia totius ordinis, aliam quamlibet inuadere pertimescat: sin autem, eodem anathematis vinculo sciat se a nobis proculdubio subigi.

16. q. 1. Aga-  
petus. 13. q.  
2. Vbicum-  
que.

CAP. V. *Item ex Concilio Maguntiensi, cap. primo.*

Si heredes iussa testatoris non adimpleuerint, ab episcopo loci illius omnes res, quae his relictæ sunt, canonice interdicantur, cum fructibus & ceteris emolumentis, ut vota defuncti impleantur.

DE PRÆEMINENTIA PARS  
LONDONIENSIS ET EBORACENSIS, XLIV.  
& de priuilegiis generaliter vel specialiter indultis, &  
de eorum abusu & confirmationibus.

CAP. I.

*Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo.*

CVM certum sit, pro omnipotente Deo laborantibus ineffabilia æterni regni præmia reseruari, nobis tamen necesse est eis honorum beneficia tribuere, vt in spiritualis operis studio ex remuneratione valeant multiplicius insidare. Et quia noua Anglorum ecclesia ad omnipotentis Dei gratiam, eodem Domino largiente, & eo laborante, perducta est, vsum tibi pallii ad sola Missarum solennia peragenda concedimus: ita vt per loca singula duodecim episcopos ordines, qui tux subiaceant ditioni, quatenus Londoniensis ciuitatis episcopus semper in posterum a Synodo propria beat confecrari, atque honoris pallium ab hac sancta & apostolica, cui auctore Deo deseruio, sede

LIB. 12.  
epist. 15.

S l s s l i j